

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Meditationum evangelicarum pars tertia, hoc est:
Tractatio evangeliorum tam dominicalium, quam
festivalium, ad recte se sub variis tentationum generibus
gerendum, disposita**

Creide, Hartmann

Francofurti ad Moenum, 1682

Exordium

[urn:nbn:de:bsz:31-126133](#)

uxorem ejus esse, statim ille de nocte resur-
gens fecit, quæ Deus eum iussicerat, Gen.
20. v. 3.

Idem nos quoque faciamus. Non rat-
des converti ad Dominum, & ne differas
de die in diem: subito enim veniet ira illius,
& in tempore vindictæ disperdet te,
Sir. 5. v. 8.

Hoc qui insuper haber, & in peccatis

suis praefracte pergit, videat ne à morte
subitanæ præceptus, in æternum exitium
præcipitetur, ubi nulla amplius gratia spe-
randæ est: sed damnati sicut oves in in-
ferno positi sunt, mors depascit eos, Psal.
49. vers. 15. ex inferno enim nulla re-
demtio.

Avertat hoc Clementissimus Pater, per
& propter Christum, Amen!

IN DIE FESTO B. THOMÆ APOSTOLI.

Evangelium Joh. 20. v. 24 - 29.

EXORDIUM.

Cum Jacobo Patriarchæ, filii ejus
lætum illud nuncium afferrent,
quod filius Josephus adhuc in
vivis esset, dimisit id cor ejus,
quia non credebat eis, licet omnem ordi-
nem rei referrent, donec videbat plau-
stra, quæ miserat Josephus. Tum revixit
Spiritus ejus, & ait: Sufficit mihi, si ad-
huc filius meus vivit: vadam & videobo
illum, antequam inotiar, Genes. 45. v. 26.
& seqq.

Josephus *typus Christi* fuit.

Sicut enim fratres ejus infidi in Ægyptum
eum vendiderunt, ubi multa perpeccus est,
dum eum Deus exaltavit, & Pro-Regem
Ægypti fecit: Ita & Judæi Christum tra-
starunt, qui tamen fratres ejus quoad car-
nem erant, saluis enim è Judæis oriunda
erat, Joh. 4. v. 23. sed Deus eum tandem
exaltavit & constituit ad dexteram suam in
coelestibus, super omnem principatum, &
potestatē & virtutem &c. Eph. 1. v. 21. seqq.

Jacobus fidem suspendebant, auditō,
Josephum adhuc vivere: semper enim in
opinione eā erat, à bestia discirptum eum
esse, ut filii ejus degeneres ipsi persuaserant:
Ita & Apostoli resurrectionem Christi
crederenon poterant, quia spectaverant,
quām crudeliter à Judæis tractatus esset;
sed videbantur illis novella hæc, οὐτε λύπης,
Luc. 24. v. 11. dum Christus ipse manife-
starer se illis, ut eum oculis suis cernerent,
auribus audirent, manibus tangerent, sic-
ut in specie Thomas adeo incredulitati
immersus erat, ut diceret: Nisi video in
manibus ejus vestigium clavorum, & mittam
digitum meum in locum clavorum,
& mittam manum meam in latus ejus, non
credam. Ubi verò Servator in gratiam
ejus altera vice apparebat, & desiderio
ejus satisfaciebat, ignorabat, quid præ gau-
dio diceret, inquiens: Dominus meus,
& Deus meus! q. d. Quodsi Domi-
nus adeo omnipotens, ut crucifixione
& mor-

& morti te permittas, & tamen propriâ virtute ex mortuis resurgas: Domicus & Deus meus eris, tibi confidam, quoad vixero.

Nos Instituti nostri memores videbimus

I. Triplicem Querelam.

II. Triplicem Medelam.

III. Triplicem Causatam.

J.J.

Exegetis.

Cum Core, Dathan & Abiron adver-
sus Mosen & Aaron seditionem mo-
ventes, propreterā à terra vivi absorpti es-
sent: Eleasar filius Aaronis, jussu Dei thu-
ribula eorum tollebat, in laminas ea pro-
ducebat, affigens altari, ut commoneren-
tur filii Israhel, ne in posterum simile quid
auderent, Num. 16. v. 38.

Ita in Ecclesia anniversariè prædicatur
de incredulitate Thomæ, ut securitatem
fugiamus, quaē prona via est, ad increduli-
tatem & damnationem. Hinc reſtē
Bernhardus: Plus nobis prodest Thomæ
dubitatio, quam aliorum fides. Quando
enim percipimus, quod tantus Apostolus
ad eo lapsus est, facile cogitare nos possumus:
Si id factum in ligno viridi, quid fieri
in arido? Luc. 23. v. 32.

Querela respicit

I. Congregationis neglectum, de quo Evan-
gelista: Thomas autem unus ex duode-
cim, non erat cum eis, quando venit Jesus.
Quod si cum illis fuisset, & concionis Chri-
sti interfuisset, de resurrectione Christi
quoque tantum didicisset, quantum reli-
qui Apostoli, nec adeò profunde credu-

litati immersus fuisset. Fides enim ex au-
ditu est; quomodo autem audient sine
prædicante? Rom. 10. v. 15. 17.

Nos periculo ejus cautius mercari disca-
mus, non deferentes collectionem no-
stram, Hebr. 10. v. 25. sed alloquentes nos
mutuo dicamus: Venite, & ascendamus
ad montem Domini, Esa. 2. v. 3. ibi enim
audimus verbum, dulcius super mel & fa-
vum, & desiderabilius super aurum, & su-
per aurum obtrizum, Psal. 19. v. 11. ver-
bum, quod potest salvare animas no-
stras, Jacob. 1. v. 21. & facientium illud
laudatio manet in seculum seculi, Psal. 111.
v. ult.

Sed hodiē patrum id observatur, plu-
rimi terrenis dediti sunt, cum Poeta di-
centes:

O cives cives, quærenda pecunia pri-
mum,

Virtus pōst nummos!

Contrā quām Servator mandat: Quærere
primū Regnum Dei, & justitiam ejus,
Matth. 6. v. 33. ideoque non mirum est,
Deum maledictione immissa omnia dis-
pēdere, juxta illud: Seminasti multum,
& intulisti parum, Hag. 1. v. 5. 6.

Qui verò animæ curam habens, in æde
Domini sedulò comparebit, benedictio-
nem reportabit, juxta illud, Exod. 20.
v. 24.

II. Rationis indultum, quem in Thomâ
conspicimus, qui propterā visioni & ta-
gū intēdit, fidem inde hausturus, quod
tamen proprietati fidei ē diametro repu-
gnat, quæ sperandarum substantia rerum,
argumentum non apparentium, Hebr.
11. v. 1.

O quot fratres hic Thomas reliquit,
qui